Gebennā. **S**z quādo h̄z scrupulū conscientie, i. quia dubius est; et tunc si extemoraria et leui causa: vt quia audiuit a paucis et leuibus personis debet deponere; qua deposita potest petere reddere debitum. **S**i autem dubitat ex probabili causa potest reddere quia in dubio debet quis obedire p̄lator; sicut vasallus in dubio debet dominum suum iunare. z3. q. i. quid culpatur; sed non debet petere; quia exponeret se periculo. **A**ug. Tene certum et dimitte incertum. **N**on petendo enim certum est q̄ non peccat; et hec distinctio habet locuz in omnib⁹ impedimentis que similiter impediunt matrimonium vel actum eius; quo ad personā que habet noticiaz; hoc enī faciat p̄sona fm̄ dictaz distinctionez; vbi nō vult matrimonium summare; als sibi p̄iudicat et peccat. **S**z quid iuris; si de hoc lis pendeat in foro iudiciali. **D**icit Hosti. etiam si sit certus ppter dubiu[m] euēnum potest reddere et petere debitu[m] affectu xingali cognoscendo non vt liberā nec vt ancillā; s̄z ut cui questio status mouetur; vnde ppter primū nō peccat; ppter secunduz nō sibi p̄iudicat; maxime si ab ecclia virgeatur. **E**t magister Silius in 4. di. 36. di. dicit q̄ reddere debet si virget; q̄d etiam videt in gradibus humana lege phibit; et p̄ his in impedimento seruitutis in quibus ecclesia q̄ statuit quando vult destituit et dispelat; non autem in gradibus divina lege phi- būt in quibus ecclesia forte[n]ibil pot. **S**ed ista opinio quo ad p̄imum non valet; quia ecclesia quādo p̄cipit debitum reddi lite pendente non intēdit dispensando matrimonium facere;

si non est. **M**ari si intenderet facere matrimonium; aut hoc esset v̄sq ad tempus s̄nī; et hoc n̄ib⁹ est; quia matrimonium non potest fieri ad tempus aut simpliciter; et tunc postea non dis soluetur. **S**i etiam hoc intenderet n̄ posset facere vt ille qui non est verus maritus; sit verus maritus cōtra voluntatem suam. **A**nde non refert si ue questio moueat; siue non; vt de resti. spo. litteras. **S**d distinguendū vt. s. dictum estimmediate. **I**tem ga dictum est. s. quia in huīusmodi quādo est dubium obedire; scilicet in reddendo debitum. **P**recipit enī hoc papa in tali dubio per decrem[atione]m extra de sen. excom. Posset enim dici q̄ circumscrip[ta] etiam precep[ta] pape idem esset faciendum; quia si aliquod est ita dubium q̄ vna pars ē certa; alia dubia; an sit peccatum debet tenere certuz et dimittere incertuz; ga q̄nīq̄ p̄t se liberare a periclo pecati tenet. **U**n manifesta ē rō quare non debet petere; q̄a certum est q̄ n̄ petere est licitum. **E**t autem dubiuz vtr̄ petere sit peccatum; s̄z in reddendo non est sic; q̄ vtr̄q̄ est dubiu[m]; q̄ si ē matrimonium; negare est iniusticia si nō est matrimonium; reddere ē luxuria. **S**ed non est equaliter dubiuz hinc et inde; q̄ presumpcio est pro matrimonio quoiq̄ cōtrarium p̄betur vñ reddere tenet debitum. **S**i autem esset equale dubiu[m] hincinde; puta q̄ si vna esset s̄nia prolata p̄ matrimonio alia contra; et neutra trāsisset in rem indicataz adhuc; q̄ nullus debet spoliari re sua; siue possessione; imo spoliatus oīno est restituēdū nisi p̄bationes i contrariuz sunt i promptu

in. 4. di. 38.

De impedimento cognitiois.

La. 4.

Inde est q̄ debet reddere debitum: etiam si sit gradus insolubilis et indis pensabilis: ut filie et patris vel filij et matris: q̄ petēs est in possessione: vel cum est spoliatus absq; auctoritate in dicis. Et nō q̄ error huiusmodi conditiois ipedit ex statuo ecclie: que etiam posset statuere q̄ non dirimēt sicut posset statuere q̄ error fortune dirimeret: cuz tamen non dirimat vt dictum est. Pe. de pal. in. 4.

De impedimento voti solēnīs.

La. 3.

Tertius impedimentuz est votum solēne non autem simplex. Sigs. ḡ vel siqua bz̄ pfessio nem tacitam vel expressam alicui de religionibus approbat: tale votum impedit matrimoniu cōtrahendum: et dirimēt cōtractuz. Unū contrahēdo nullū est: et incurrit excoicatoz: ex de consan. et affl. eos. in cle. si autem fecis set professionez in aliqua regula non approbata: vel etiam in regula tertij ordinis: sine bizocharz sancti Dñi: vel beati Franciscino vider̄ q̄ illud habeat dirimere contractū: tamen cōtrahendo peccat mortalit. q̄uis autē simplex votū p̄stūcūq; sit publicū nō dirimat matrimoniu p̄sumatum im pedit tamē cōtrahendū: et etiam cōsumādū iam contractuz. Unde talis cōtrahendo peccat mortaliter: etiaq; si intenderet nō cōsumare bz̄ religionē ingredi: quia facit cōtra iūra: di. 27. si vir. Et q̄ exponit se periculo: frangendi votum post contractuz adhuc remanet obligatus ad obseruādū cū possit ante p̄sumatoz. Unde consumando iterum peccat mortalit. Ric.

Quartum impedimentuz est cognitio: et quia istud est p̄lixius ceteris: ideo in ultimo reseruabit: quere i ca. i. 4. i. 5. et i. 18.

De impedimento criminis.

La. 5.

Vintum autem qđ sequit̄ est criminē: vbi nota q̄ tria sūt crima que impediunt et dirimunt iam cōtractum. **P**rimum ē siqua mulier: vel ecōtra machiata fuerit in morte vxoris alicui: et ipsaz cū effectu occiderit animo habēdi virū illi i suū: et similiter q̄ machinat̄ fuerit: et cum effectu occiderit virum alicuius mulier: vt habeat eā in uxore: tales si cōtraxerūt sunt penitus se parandi: q̄ i fornicatioē sunt. 3. q. i. si quis viuente. Et licet aliqui vt Ric. in 4. di. 35. hoc intelligat cum inter eos fuerit cōmissuz adulterium: duz primum stabat coniugium: verior tamen est opinio Imo. et Hostiē dicentium q̄ sola machinatio mortis cū effectu eiusz sine adulterio dirimit et sufficit ad dirimendū. Idem etiam si p̄cepis vel mandauit v̄l consuluit interfici eo animo vt haberet uxorez ei in suam vel virū in suum viuē: etiam si hoc faceret ppter infidelez que postea induceret ad fidem: et conueteret secunduz Uber. Hug. et Ricar. sed ex odio: vel in bello: hoc nō habet dirimere vel i pedire matrimoniu: ex dō conuer. ad si. Laudabile. Et similiter si quis vel siqua non mandauit nec consuluit nec precepit interfici aliquem: tamen

El quo mea
et nō semper.

Propositus. 34. q. 2. si virgo. Et quod
dictum est de viro ducente secundaz
vxorem de facto: idem intellige per
totum de muliere ducente z^m virum
vel marituz d^r facto. Si autem mortua
ia pma vxore vir non cognoscit illaz
secundaz adulteria carnaliter que secu
ignoranter contrixerat: sed ipse du
cat tertia fz hosti. debet manere cuz
tertia: q̄uis etiam postea cognoscat

Terminus. Non dirimuntur.

Dirimitur.

interfectum illum habet ratuz: vt ha
beat in virum suum vel in suam vxo
rem: talis ratibabio non compara
tur mandato: t̄ si hoc non habet diri
mere matrimonium sequens. Se
cundum crimen est adulterium: t̄ h̄
scz quando adulterantes prestant si
bi fidem promittendo vel dando si
ue iurando q̄ cōtrahent: t̄ hoc siue
ipsa adulterina cōmixtio fuerit inter
eos ante predictam promissionem: si
ue postea: dummodo stante p̄io ma
trimonio. z. q. i. relatum. Quando au
tem interuenit nuda promissio non i
side nec iuramento firmata: sed sim
plex t̄ adulterina cōmixtio ante vel
post vtrum hoc habeat dirimere cō
tractum postea matrimonium super
quo fuit promissio. Ricardus. in. 4.
di. 35. dicit aliquos tenere q̄ non dirimat
aliquos tenere q̄ non dirimat: t̄ nul
lam alteri prefert. Unde in hoc casu
videtur q̄ esset dominus papa con
sulendus vel petenda dispensatio ad
cautelam: nec faciliter dirimendum.
Si autem adulterina pollutio p̄ius
vel postea non interuenerit q̄uis de
derint sibi fidem de contrahendo:
per hoc non impeditur matrimoniu
m sequens inter illos soluto primo
ex d eo. q̄ du. i. ma. quā pol. per adul.
c. vlt. grauiter tamen peccauerūt fz
Ricardus. Item siqua coniugata pu
ta Berta se cognoscit ab aliquo per
mittat hac promissione fide vallata ex
acta t̄ recepta q̄ post mortez viri sui
ille adulter ducet in vxorem eam de
qua sibi consulet quedaz persona ipi
Berta cōingate familiaris t̄ propin
qua intendens t̄ probabiliter credēs
q̄ consulet de ipsa Berta mō tuo viro

Berte si adulterat^r cu ea postea con
trahat cum ipsa ex eo q̄ illa cōsulnit
t̄ sic ille pmiserat nulluz ē matrimon
ium sed dirimēdū: quia in fraudem
factuz est: t̄ fraus t̄ dolus nemini de
bent patrocinarī: extra de inu. eccl.
aduersus. Secus si alia intentione fa
ceret. Ric. in. 4. di. 35. Tertium cri
men est quando durante matrimo
nio contrahit de facto cum altera. et
hic nō diligenter q̄ ille qui h̄ vxorez
t̄ ipsa viuente ducit aliam de facto:
aut ista scit istuz habere vxorem: aut
non. Si quando contrahit cum ipso
scivit q̄ habebat vxorem aliam: non
potest cum illo esse matrimoniu: etiā
si mortua prima vxore de nouo tra
hat. Et idez iuris est si nescivit q̄i co
traxit: sed postea ipsa prima vxore il
lins adhuc viuēte scivit t̄ permisit se
cognosci ab eo cum quo contrixerat.
Si vero ab initio quando contraxit
nescivit illum habere vxore: t̄ semper
steat in ipsa nesciētia usq; ad mortem
vxoris illius: sed post mortem scit est
in p̄te illius ignorati^r matrimoniu
m ratificare vel diuortiuz petere: ita
tamen q̄ postq; scivit: t̄ le cognosci
pmisit nō poterit diuortiū petere: als
petere poterit si vult: ex de eo q̄ dux
in ma. c. i. t. c. veniens: t̄ de cōing. ser.
propositus. 34. q. 2. si virgo. Et quod
dictum est de viro ducente secundaz
vxorem de facto: idem intellige per
totum de muliere ducente z^m virum
vel marituz d^r facto. Si autem mortua
ia pma vxore vir non cognoscit illaz
secundaz adulteria carnaliter que secu
ignoranter contrixerat: sed ipse du
cat tertia fz hosti. debet manere cuz
tertia: q̄uis etiam postea cognoscat

11.

scđam: qz p̄ma vivente ḥensuſ habi-
tuſ cū ſecunda nullus fuit: et ſic non
impediuſt ſenſum tertie: qn etiam
ſi poſt mortē p̄me cognouit carnaliſ
ſcdam que fuit ignoſ. Aliſ iſtuſ hūiſſe
vroxem: et nunc etiam ignoranſ eſt: et
vir ipſe contrahat cum tertia: adhuc
remanebit cum tertia. Idem de mu-
liere erga virū. Dicis aut̄ mulier in-
ſcia fm Hōſti. quando h̄z iuſta cām
ignorandi: vt qz vir de remoſis veni-
ens aſſerebat ſe non h̄rē vroxem: ex-
tra de ſpon. cum in aſtrolīca. Ideo
autem inſcia non cōmittit adulteriū:
qz ſine dolo cōmittit. 34. q.z. i lec̄tuz
Jo.an. in oib̄ p̄dictis.

De diſparitate cultuſ.

Lapi. 6.

Sextū impediſtū ē cultuſ
diſputaſ. i. fidei inter ḥbētes
vbi nota tria puncta. Et pri-
muſ qz fideliſ contrahenſ cū iu-
deo vel pagano vel cathecumino nō
dum baptizato non eſt veſt mīmōi-
unz: ſic nullū eſt. 28. q.3. h. ex hiſ. fm
Tho. Alber. Pe. Rai. et Ricar. Spō
ſalia autem poſſant contrahi a fide-
li cum iuſtifi cū hac conditione ſi i
fideli conuerſat. 28. q.1. non oportet.
Secundum eſt qz catholico contra-
bente cum perſona heretica baptiza-
ta verum eſt matrimoniuſ: nec diri-
mit ppter heretiſ: qz uis peccet ſci en-
ter contrahenſ cum tali. Et ſimiliter
fideli contrahente cum fideli qz verba
de pſti: qz tunc qz alter eoz efficit
hereticus indeuſ vel paganus nō po-
teſt dirimi matrimoniuſ: etiā ſi ad-
huc non erat conſummatum. **T**ertiū
punctuſ eſt qz infidelibus contra-
bentiſ cū infidelioſ matrimoniuſ

qz uis non ſit pfectuſ fm pfectōne ḡre
nec ratum: tamen eſt matrimoniuſ in
qz tū ē ordinatū ad proleſ fm per
fectionem nature. vnde infidelis cog-
ſens vroxem propter bonum proliſ:
vel ut reddat debituſ: nō peccat: Lbo.
in. 4. et Ricar. et 26. di. deinide. Poſ-
ſunt infideles vniuſ rituſ contrahere
cum infidelib⁹ alterius rituſ: puta
ſaraci cum tartariſ: niſi p alioſ iuſ
poſitivuſ prohiberentur: quia tunc di-
ſparitas cultuſ dirimit. Et ſi vter qz
coniuuſ conuerſatur ad fidem rauſi-
catur matrimoniuſ: et non poſſunt ab
iuiuē ſeparari: etiā ſi contraxiſſet
cum conſanguineis ſuis in gradibus
probibit⁹ lege humana. s. per statutuſ
eccleſie. Sed ſi contraxiſſent in gra-
dibus prohibitiſ lege diuina: Levit.
18. oportet qz ſepare. Ricar. **E**tē
fm Jo.an. ni pagani qui fm legē ſua
cum pluribus vroxib⁹ contraxerūt
conuerſantur cū vroxib⁹ ſuis: cū p̄
ma remanebunt alijs excluſiſ. Item
ſi habuifſet aliam vroxem quam repu-
diafferet et viueret: ſi illa vellet conuer-
ti ad fidē etiā tenetur ipsa recipere: et
illā ſuperinductā: qz uis conuerſa ad
fidē abuſere: nō etiā ſi prima non
vult conuerſi ad fidē: et vult habitare
cum iſto ſic conuerſo ſine contume-
lia creatoris: et ſine hoc qz ad infide-
litatē inducat non poſteſ ille conuerſuſ
aliā recipere. Sed hoc eſt in potesta-
te ſua ſi vult cohabitare cū ipſa vel n̄
Si vero alter infideliū coningatoruſ
conuerſatur: pōt fideliſ conuerſuſ cū
infideli manere ſub ſpe conuerſiois
ſi eū in infidelitate obſtinatū non vi-
derit. Bene facit cōmancre: non ta-
men tenetur: ſed poſte eaz dimittere

quo ad cohabitationem: si non potest aliam
dormire preterquam in tribus casibus.
Primus videlicet si unum infidelis vult
cohabitare cum fidelibus. **S**econdus si vult
cohabitare sed non sine prouincia cre-
atoris. **T**ertius si infidelis fideles
ad infidelitatem trahere nescit. **P**er
quenlibet horum causarum solvit matrimonij
vinculum etiam antequam contrahatur
aliud matrimonium: et tamen si autem tractuz
matrimoniorum secundum aliquam prouinciam
veneretur non liceret illi qui primo peruersus
est secundum matrimonium trahere viuente
illa: Ric. in 4. **A**liqui dicunt quod non
soluitur primus nisi habeat secundum adue-
cente aliquo ex predictis casibus. **I**debet
perpetuum de patre sed clarissimus dicit enim quod
quo ad conuersum: cum alter non con-
versus non vult cohabitare: vel cum
iniuria creatoris: vel byblii pichet est subver-
sionis conuerso: an solvatur matrimonium
cum est duplex opinio. **A**liqui dicunt
quod statim solvitur matrimonium in
quocunque illoz trium casuum occur-
rente: quod si conuertatur alter ad fidem
antequam primus conuersus trahat ali-
ud vel faciat votum tenetur primus
ipse recipere illum postea conuersus.
Et hoc ideo est: quod licet vinculum sit
solutum: adhuc tamen retinet vinculum
sponsalium sicut tenet trahere cum
illo: vel quod blasphemia creatoris si est
perpetua soluit: alios non. **Q**uando ergo
votum vel matrimonium tollitur: non
videtur perpetua. **A**lii dicunt quod non sol-
uitur matrimonium illo quoniam habeat
matrimonium secundum. **P**otest enim imagi-
nari quod in matrimonio infidelium non est
aliquid reale vinculum domino mundo plus
quam in sponsalibus: cum non sit sacramentum
baptismi: unde ante baptismum virtusque

vel alterius ex statuto ecclae potest illud
matrimonium solui: sicut sponsalia mul-
tis casibus solvuntur statuto ecclie
vnde sicut per matrimonium sequens sol-
vuntur sponsalia precedencia: sic per sequens
matrimonium tollit precedens non ratum spousalib[us] patrum: hec per. Et in b[us] i casibus
quod si alterius viugum fuerit p[ro]les co-
rum si est in etate minori: id dari fide-
li non obstat: quod indigeat matris obse-
quio ad educationem. **S**i autem est in p[ro]le
etate sequas eum pentecostem que vult
Ioh. in 4. per oiam et Ric.

De impedimento violentie.

Capi. 7.

Sequitur impedimentum est ius
violentia sive metus: quod ex
suum sive ostio ecclae matrimonium
excludit: quod excludit consen-
sum. **M**ota ergo est triplex coactio: quod
dam est absoluta que fit per viam: et ista
non habet consensum animi in qua est
coactio. **S**ed potest esse coactio car-
nis ad aliud extrinsecum a quo trahit
persona iniuncta: et talis coactio quod non
consentit in matrimonio non efficaciter ita
quod etiam ex parte cogentis non est matrimonio
cum summa. **I**bo. quod matrimonium claudi-
care non potest: si tamen postmodum coactio
sentiret: et cogens in suo sensu ma-
neret esset matrimonium: securus si mu-
taret voluntate ipse cogens. **S**ecunda est
coactio etiam ex parte metum qui cadit in co-
stante viam: et ista coactio etiam excludit
matrimonium: extra. e. platum. et c. ad
audientiam. **D**icitur at metus cadens
in constantem viam quadrupliciter. **P**rimo. si me-
tus mortis. **S**ecundo cruciatus corporis: ex
tra. eo. cum dilectu. **T**ertio metus stupri.
Fourto metus servitutis. scilicet nec timor
vnde est. **E**xcurare metus hos posse

puta q̄ nescis stuprū sine stat⁹ verbe
ris atq; nec). Lōcor. Lbo. et ill. addē-
do; et dicit Ric. an. 4. q̄ n̄ differt virū
p̄dēa q̄ tuor fiant in p̄sona n̄a siue li-
beroz siue vxoris; q̄ talis coactio cō-
scens per tale metu m̄rimoniū ipe-
dit q̄tuoz ad iudicium dei; et q̄tuoz ad iu-
dicium eccl̄e; et si eis z sensus interi-
or in m̄rimonio. q̄m̄. n. z sensus inte-
rior sufficienter cogi non possit; tñ p̄
p̄dictum metu tā vehemens inducit
q̄ multum in ipso diminuitur d̄ rōe
voluntarij; et iō nec dūs nec eccl̄a vo-
luerunt boiem p̄ tale z c̄lsum ec̄ ligau-
tum; rō est duplex. Una est q̄ m̄ri-
moniū significat iunctionē L̄b̄sti
et eccl̄e q̄ sit per libez amoē. Ellia ē;
q̄ talia m̄rimonia malos exi⁹ h̄fent
q̄ qđ quis non diliḡit facile contēnit
zo. qz. presens. Potest etiam dici fm̄
aliquos q̄ eccl̄ia aliquo modo isti-
nit; vt persona mō predicto coacta
sit illegiūma durante predicta coacti-
one ad zhendūm euz illa ad quā du-
cendā cogitur. Sz vtrū m̄rimoniū
z c̄lsum per z sensu metu coactum ra-
tificet p̄ z c̄lsum sequētē tacitu⁹. r̄ndet
Ric. an. 4. q̄ m̄rimoniū z c̄lsum p̄ co-
sentium coactū metu cadente in zstā
te viz; aut ē coactū p̄ coactionē z sen-
sus viri vel mulieris vel vtriusq; si-
mul. Si primo mō iste qui liber est li-
gatus est alter non; si postea tacite cō-
sentiat et libere p̄sona ligata in z c̄lsum
p̄sistente; vez efficitur m̄rimoniū; et tunc vier qz ligat⁹ ē; q̄ q̄uis
tacit⁹ z c̄lsum per se non sufficit; tñ suf-
ficit cū exp̄ssione exteriori q̄ p̄cessit.
Si at p̄sona ligata resiluit et z sensu
an sequente z sensu alteri⁹; tunc disti-
guere; q̄ aut contraxit m̄rimoniū aliud;

et tunc dico q̄ illud sc̄m m̄rimoniū
tenet; q̄uis p̄ccauerit contrahendo si
z gruo tpe ipse non expectauit liberū
z sensu⁹ alterius tacitu⁹; aut expressū
aut non h̄xit aliud m̄rimoniū; et tunc
fm̄ iudicium eccl̄ie p̄sumetur in eo
dem z sensu remane⁹; qz que ī aliquid
semel z sensit ampli⁹ non poterit disce-
tire; et ali⁹ non negauerit suū p̄mū cō-
sensus p̄ntē; ex d̄ despō. imp̄. de ill.
Sc̄m tñ iudicium dei non est veruz
m̄rimoniū; qz tale non p̄t ec̄ sine cō-
sensu mutui z sensus interioris. Si at
vtraq; fuit coacta; tunc ad hoc q̄ sit
vez m̄rimoniū; regris nihilomin⁹ no
uus z sensus ex vtraq; pte; s̄z nō noua
exterior exp̄ssio. Ed p̄mū in oppo-
sitū; vbi sic le aliq; duo regrunt p̄ cā
aliq; effec⁹ non causat effectum nisi
mul z iuncta. Luz at ad causā dā m̄ri-
moniū regras z c̄lsum de p̄nti iteri
or et ei⁹ exp̄ssio exterior non efficit
m̄rimoniū diuisi⁹; q̄ sequens tacit⁹
z sensus cum exp̄ssione exteriori q̄ p̄-
cessit non efficiunt m̄rimoniū. Et nō
q̄ si mulier p̄ z sensu⁹ coactu⁹ carna-
liter cognoscatur si h̄bit oportunita-
tem reclamādi p̄sumitur tacite z sen-
sire in m̄rimonio; q̄ si coacta fuit p̄
vim absolutā vel metu sufficiente nō
est m̄rimoniū. Sz si non fuit suffici-
ens met⁹; tunc in iudicio exteriori p̄-
sumitur p̄ matrimonio; si tñ ve non
z sensit nō fuit m̄rimoniū; etiaz si ha-
buit opportunitatē reclamādi; p̄e.
et Ric. Tertia coactio cōditiona-
ta p̄ metum insufficientē qui s̄. nō ca-
dit in constantez viz; et ille non exclu-
dit m̄rimoniū. ff. e. l. neq; timorem.
Mota etiam q̄ parētes non possunt
cogere liberos ad contrahenduz nec

gnalr nec spalr cū aliq; qz in m̄rimo
nio regrit p̄sens maxime liber; re-
spectu p̄petue obligatōnis que ibi s̄
bitur; ex de spon. req̄sui. Parētes at
non temē iurant pp̄ter h̄ m̄rimonia
filioꝝ; qz ex nā ipſiꝝ d̄ctus intelligit
ipſa d̄ditio. s. si ipſi liberi p̄senserint; et
ipſi pentes obligant ad inducenduz
eos: De It. si mulier q̄ allegat metū
stetit p̄ anū et dimidiū cū marito aut
et minori tpe: dū tñ tñ sit q̄ iuxta ar-
bitriū boni viri p̄sumendū sit p̄ p̄sen-
su non d̄ postea audiri: extra de spo-
sa. c. ad id. Guil.

De impedimento ordinis.

Lapi.8.

O Etiamū imp̄dimentū ē ordo
sacer: vt subdiaconatus et s̄
vbi nota tres conclusiones.
Prima ē nullus ex minoribꝝ ordibꝝ
impedit matrimonii ſubendū: nec di-
rimit d̄ctum: nec impedit viſus ipſius
m̄rimoniū ſi talis ſhabit: tñ ſhabens cū
vnica vrgine cleric⁹ in minoribꝝ reti-
neat p̄uilegiū ſi vſte et tonsuram de-
ferat clericale: ex de cle. cōiu. c. l. 6.
non retinet beneficū ecclieasticum;
nec recipie p̄t. Clerici iḡr in minori-
bꝝ ſtituti bene p̄nt ſhere niſi ſint re-
ligiosi et p̄fessi tacite vel expelle.

Secunda xclusio eſt q̄ ordo sacer h̄
implicitum votū ſolemne ex ſtitutōe
ecclie: et ideo existens in ſacris ſi
ſabit m̄rimoniū nullum eſt: di. 32. ſigs
et c. erubescant. Adeo hoc ver̄ est: vt
nec eſt greco cui licitū eſt vñ cōtracto
ſit licitum in ſacris constituto cōtra
here fm. Jo. an. in nouel. et Ricar. in
4. et p̄les alios. Cū ista ē p̄fia int̄cō
ſtitutos in ſacris ecclie occidentalis
et ſtitutos in ſacris ecclie orientalis.

nā p̄mis non l̄ vñ xtracto ante ſuscep-
ptū ordieꝝ: ſed ſi l̄ vñ xtracto an̄
ordinē ſacré ſuceptum. ſi. dī. niſena.
Qui ſtrahit in ſacris eſt excōicatus.
Qui eſt dicit q̄ cuꝝ conuentia ſit an-
nexa ordinē ſacré ex ſtatuto ecclie: iō
q̄ ordinat ad ipſiū l̄ non intendat cō
timere: nec ſe ad continentiam obliga-
re: nihilominus obligat ad continentiam
et in foro p̄ſciēt: qz ecclie bñ
p̄t ihabilitare ad m̄rimoniū igno-
rante et inuitū: ſicut et ſeruū frigiduz
et h̄i et p̄ eandē rōnē ſigs ante anōf
discretionis ordinē ſit in ſacris ad conti-
nentiam obligat: et ſi in cunis ordinat
p̄ſuppoſito q̄ recipiat characterē: qz
obligat ex ſtatuto ecclie non ex vo-
to ſuo. vñ ſi talis ſabit non tenet m̄ri-
moniū: ſz ordo dirimit ipſiū. bec. De.

Tertia xclusio ē q̄ p̄nis ordo ſa-
cer p̄cedens d̄ctū m̄rimoniū dirimat
illud: ſi tñ ordo ſeq̄ ſrimoniū d̄ctū
non dirimit ipſiū: vt in ex̄ua. Jo. 22. et
ſi ſciente vxore et affiſſente ordinat
in ſacris tenet ad continentiam vñqz: ita
q̄ p̄ morē viri non p̄t ſhere. intel-
ligit. n. tacite cū viro p̄fella continentia
am. Si at ordinatus inuita vxor eſt:
vel ſciente ſēm et inſ ignorāte: ipſo tñ
ſciente inſ d̄ cogi p̄ iudicē ad ingref-
ſu religiosi ſi nondū p̄ſummatū ē m̄ri-
moniū cū ſic illa poſſit cū alio cōtra
here: ſi ad hoc non p̄t: vel et ſi cōſu-
matum ē m̄rimoniū: d̄ exū benefici
cio clericali reſtitui vxori: et ſi eſt eſp̄
imo et papa fm glo. decre. Et hoc ſi
mulier ſic petit: ipſe tñ exigere n̄ p̄t
debitum: ſed reddē tenetur. Tho. et
Petrus in 4.

De impedimento ligaminis.

Lapi.9.

Domi*n* impedimentū est ligamē
vz qn̄ q̄ alteri ſingi eit per
verba de pñū obligat. Tal'
ne viuente alium recipe non pōt q̄
ſuncq̄ recesserit alter & diu ſtete. it:
& nihil audiuit de eius vita vel morte
dz expectare quoisq̄ h̄c sufficietēz
noticiam de morte ei⁹ vel ingressu re
ligionis ſi nondum erat m̄rimoniuz
plūmatū:nec ē vez qdā dicunt q̄
ſuffi expectare p̄ ſeptemvri. **M**illz. n.
t̄ps p̄fumtū c̄:als ſ̄bens cū alio ad
ulterium cōmiti:ex de ſpōl. **S**ed
nec antiquo tpe potuit fieri nūl q̄ di
nūl reuelationis iſtictuz: vt fuit in
priarchieſt̄ d̄ diuor. gaudem? **P**ot
tū alter ſinguz an̄ carnalē copulā al
tero inuitu religionē intrare: et rema
nens in ſeulo poſtq̄ expectauit igreſ
ſum religiōis p̄ anūm:ita. ſ. q̄ ſit p̄fes
ſus:tunc remanebit liber q̄ i ſeulo re
manit ad ſ̄bendum cum alto. **P**oſt
morte vo alter⁹ ſingis alter nubere
pōt cui vult: et in tpe luci⁹ ſine pena i
ſame. **D**z ſi alligat⁹ alteri p̄ verba d̄
pñū tñ: et abſq̄ plūmatōe m̄rimoniū
ſbit cū aliq̄ nllm. **S**ed ſi alligat⁹
pmo erat per vba d̄ ſuturo ſeu p̄ ipo
ſalia: et cū ſcōa ſ̄bat per vba de pre
ſenti remanet cū ſcōa. **F**z nota q̄
ſi mulier credit vñz mortuuz & ſ̄bit
eum alio: ſi hoc credit ex p̄babilī cā
ppter ignorantia facti excusal: et filij
ſiquos ſuſcepit iudicabuntur legitimi
ni. **S**i tñ poſtea de viri morte dubi
ket: dz quidē reddē debitum: ſz nō exi
geret de ſecun. nup. c. dñs. **D**z ſi in
pcessu tēporis credi p̄babiliter eum
viuere: nec pōt debitum exige: nec dz
reddere p̄iculo adulterij ſe expoñen
do. **S**i vo pm̄ ſuertat vel als de vi

ta ſua conſitterit: ſtaſiz dz recedē a ſe
cundo & redire ad pm̄um: qd̄ ſi non
faciet iudicabitur adultera. **34. q.z.c.**
cum per bellicā. r.c. cum in captiuuſ
te. **D**omus quoq̄ ea recipe tenet: nū
ſi forte illa poſtq̄ ſciuit de vita pm̄i
pm̄iſi ſe cognolci a ſcōo: et ſic adulte
ra fuit. Et hic ē mā & xcluſio toti illi
us qñnis. **34. q.z.** **C**ertio nō q̄ ſi vir
eius ad ſaracenos iuit in exercitu et
regione lōginqua: et nelcit vtrū ſit vi
uis vel mortuus: vxoꝝ non pōt con
trahē cū alio: niſi de morte viři re
cipiat certitudinē: putat q̄ ſuit i bello
vbi oēs dicuntur ierfecti fuſſer: et ſi
gna plura apparent: vel fuit capi⁹ ab
eis: et cōis eft fama q̄ fuerūt ierfecti
oēs: et de eo nihil audiuit in ſriuz: vñ
recepit l̄as vel ambasciata ſi ſideci
gnis inde venientibus q̄ mortuus eft
& b̄i: extra de ſpon. in preeſtia. aut vñ
ſimiliter de morte preſumati: ex vi li
non cōte. c. qñni fr̄quēter. **D**z qd̄ ſi ta
lis ſiunx ſ̄bat cū altera vel altero
credenſ tñ p̄ioz ſuere cñz tñ in vñ
tate mortuus eft. **R**ideo h̄z Hui. cre
do q̄ ſine pñdicio q̄ teneat tale ma
trimonium: qd̄ intelligenduz niſi cō
iunx credēs impedimentum eē: non
int̄debat ſ̄bere. nā tunc matrimoniū
um nullum eē: q̄ ſi non eē int̄ētio ſ̄
bendi: non eft matrimoniū: extra ſ̄
ſponsa. c. tua.

De impedimento publice hoesta
tis iuſticia. **L**api. io.

Dicitum impedimentū eū p̄
blice honestat̄ iuſticia: q̄ ſm̄
Tho. in 4. ē. ppinqutas et
ſponsalib⁹ puenies: robur trahens ab
ecclē iuſtitutione pppter ei⁹ honestatē
Mō ḡ pm̄ q̄ ſi aliq̄ contraxerunt
n. 3

Spōsalia nll's de sanguinitate spōsi pōt h̄ē sponsa illā in vxore: et econuer so: et d̄ despō. impu. tinebat. **E**t durat hec phibitio vsq; ad quartū gra- dū sanguineoz suoz: et de spō. spō sam, et si etiam sponsalia fuissent nulla rōe sanguinitatis affinitatis frigi- ditatis et religionis: vel alia q̄cumq; rōne oriatur publice honestatis insti- cia et ē dirimedū m̄rimoniū: et hoc ni- si illa sponsalia fuissent nulla ex defec- tu s̄ensus: puta q; vñ eoꝝ vel abo- erant infantes: et de spon. c. i. li. 6. **D**icit autem De. de pal. q; cum dicitur sponsalia que sunt illa ex defectu co- sensus: non p̄t cōrare publice honestati- tis iusticiam: intelligendū est de defe- ctu s̄ensus apparcēti vi in pueris fu- riosis et conditionatis spōsalib. **S**e- cūs autēz est de nullis propter defectū s̄ensus latentis: puta cū intendebat decipe et carnaliter copulā extorque re non h̄ere: q; tñ scandalū esset de isto: sicut si vez contraxisset. Ecclesia aut̄ instituens istō impedimentū vo- luit vitare scādalū: et q; sponsalia vo- lēti⁹ decipe causent publice honestati- tis iusticiam apparet: q; ecclesia adē- nabit ad matrimoniu h̄endū: et p̄fes- sor etiā talē deceptorē. vnde cū ecclē- sia instituerit hoc impedimentū videtur q; oīa sponsalia que ecclā iudicat vera inducāt publice honestatis iu- sticiā: hec De. **Z.** nō q; sponsalib; a parentib; factis p̄ filiis puberibus vt̄ impuberib; non oīt publice honestati- tis iusticiā: nisi ipsi filii consenserit ta- cite vel expresse: aut si p̄ntee erant et non contradixerint: vel absentes et po- stea sciētes ratificauerū tacite vt̄ ex- p̄sse. Per quēlibet n. istoz modorum

obligant filij: et oīt publice honestati- tis iusticia: et d̄ despō. impu. si infates li. 6. **I**tem si duo infates vel vn' ma- ior septennio: et alter minor contraxe- rūt sponsalia vel parentes p̄ eis: nisi facti maiores septēnio p̄ cohabitatio- ne mutua: seu alias v̄bo vel fēo eorū appareat pdurare eos i eadē volūta- te non tenent: cū ab initio fuerint nul- la: et si pdurant in eadē volūtate cō- ualecūt et iducūt publice honestatis iusticiā: et d̄ despō. impu. c. i. li. 6. **Z.** nō q; s̄ig sponsalia p̄mo cū aliqua tra- rit: et postea cū alia sanguinea ipsi⁹ p̄ ne idē fecit: d̄z contrahere matrimoi- um cū p̄ma: q; sponsalia cū secunda nō tenuerūt. **S**z si spōsalia cū aliqua sint facta cū adiōe: et p̄dente adiō- ne vir cū sanguinea ipsius h̄bit per v̄ba de p̄ntū: d̄z remanere cū secunda q; sponsalib; adiōalib; sicut ex nō b̄ntib; s̄ensū: et iceris non oritur pu- blicē honestatis iusticiā: et d̄ despō. impu. c. i. li. 6.

De impedimento affinitatis.

Lapi. ii.

Th̄ decimū impedimentū est affinitas que fin Rai. est p̄- ximitas p̄sonaruz ex carnali copula pueniens: oī carens parciela circa quā tria nō. **E**t p̄mo q; con- trahit affinitas non solum per co- pulam coniugalem sed per copulaz fornicariam. 35. q. 3. nec eam. et extra de eo qui cognouit consagri. v̄to. sue disretoz. ita tamen q; vir intret clau- stra pudoris et pueniat ad consumma- tionem operis: alias non contrahere tur affinitas: et de eo q; co. s̄ia. ve. su. fraternitati. et 35. q. 3. ex ordinaria. est tñ diuersitas opinionū in hoc. qdām

dicunt q̄ ad affinitatem contrahendam sufficit q̄ vir perueniat ad emissionem seminis s. intra claustrum pudoris etiā si mulier non emittat. Sz Tho. et Alber. dicunt q̄ requiritur q̄ vterq; emittat. Dicit tamen Fran. zaba. q̄ si vir emittat semen extra claustrum: et ingrediatur intra claustra contraheretur affinitas et matrimonii consumatum esset si ibi est contractum matrimonii prius p̄ verba de presenti: et iducit exemplū de quādam in francia que non fractis claustrisimo cū esset arta impregnata ē. Sz si non est impregnata ecclesia in dicaret eam virginem per aspectuz. Nota q̄ Archid. super dicto. c. ex ordinaria. Alber. Hug. Lau. Ulin. et Imo. dicentes q̄ requiritur ad contrahendam affinitatē necessarie utriusq; seminis commixtio: ar. 35. q. i. fraternalis. Dicit etiam Imo. q̄ si mulier fuisset corrupta et non vir adhuc non esset matrimonium consumatum inter coninges: sed et si vir polluit aliquam extra claustrum pudoris: ex h̄ non impeditur quin parentes illius viri possint eam habere in uxorem: nec etiam contrahitur ibi publica honestatis iusticia fz Hof. Sed et si vir frägeret claustrū pudoris: et non perueniret ad effusionem seminis non ē consumatum matrimoniu. Et sic talis fz Ulin. si hoc poss̄ probare ad huc posset ingredi religionem invita uxore hec ibi in sum. et remittit ad id qđ dixit dñs. 56. nasci. Ibi enī allegat p̄m et beatū Tho. dicentes. Nō est necessaria seminis emissio in muliere ad generationē: cū etiam sine hoc cōcipiatur: sed sanguis mēstruus ī ḡna

tione est loco seminis. Pet̄r vero de pal. in 4. dicit q̄ affinitas contrahit per carnalem copulam quomodo cōq̄ exercitatam licite vel illicite ī matrimonio vel extra: et h̄m naturā et cōtra naturā dūmodo semen viri recipiatur in vase debito q̄stuncunq; gs ī uadat vel etiā frangat vase pudoris: nisi in ipso vase semen emittat: nō cōtrahitur affinitas. nec obstat. c. iūuenis. extra de spon. quia illud est de ratione certi propter sp̄s alia que post septennium ille approbanit: vel quia maritali affectu attentauit. Nam attentatio que fieret maritali affectu: maxime cum illa cum qua posset matrimonium contrahit causat affinitatem vel ratione dubij. unde si costaret de copula carnali non esset credendum: nisi in foro conscientie q̄ non fuisset seminis receptio: sed in foro conscientie crederetur. Unde si in illo foro nō crederet: n̄ fuisse seminis receptionem nec attentationem factam maritali affectu nullum vinculum est contractum. Sed ex his que in confessione nouit: non posset ipse in foro exteriori procedere ad pronunciandum matrimonium non tenere postq; esset probata carnalis copula: licet non seminis receptio quam non opore probare: quia non est bene possibile. Dicunt etiam doctores q̄ requiriatur ad affinitatem causandam seminum commixtio idest seminis viri receptio ad quam nata est sequi seminum commixtio idest seminis et menstrui: quia non opozet mulierem seminare ad concipiendum: alias beata virgo non fuisset simul et virgo et mater. Similiter econuerso

n. 4

8

n

fine carnali copula potest causari affinitas si fiat seminis receptio sicut dicit quidam de antichristo: quia nascetur semine transuerso per demonem per incubum et succubum: hec Petr. Secundus est quod affinitas hoc operatur quod omnes consanguinei uxoris Petri sunt sibi affines in eodem gradu: in quo sunt consanguinei uxoris. Similiter omnes consanguinei Petri sunt affines uxoris sue in eodem gradu quo sunt sibi consanguinei. Et quod dicas de uxore id est intelligas de qua cum muliere carnaliter cognita modo predicto: sed consanguinei Petri nonmodo sunt affines consanguinei uxoris sue: nec inter eos prohibetur matrimonium: extra de consanguinitate et affini. quod super his. Unde germani possunt contrahere cum duas mulieribus germanis: et pater et filius possunt contrahere cum matre et filia eius: et relicta viri qui fuit germanus uxoris mea ipsa mortua: scilicet uxore mea potest mibi esse uxor.

Tertium est quod mortua persona qua mediata fuit contracta affinitas utputa marito vel uxore concubitorum vel concubina remanet affinitas nihilominus que erat ad consanguineos eius: nec poterit inter eos esse matrimonium. 35. q. io. fraternitatis. Dixit enim Petrus de pal. quod semper ducat affinitas: adeo quod si resurgeret frater meus qui fuerat uxoratus: quoniam ipse non sit matutus amplius illius mulieris: quia matrimonium per mortem soluitur: tamen mulier illa est mihi affinis. Unde in prima erunt affinitates et consanguinitas desilicet non nubant: nec nubantur.

nec videntur generationes. Non potest autem contraheri matrimonium inter affines usque ad quartum gradum a finitatis inclusione: extra de consanguinitate. c. ultimo. et si contraherens de facto dirimetur: quia nullum est sed incestus. Olim autem ponebatur aliud genus affinitatis: et alij gradus ut patet in decret. 35. d. qui impediebant matrimonium sed sunt per decretalem ablati: extra eo. non debet. Et sic non remanet nec primum genus quod habet diuinum imere de quo dictum est. Et nota quod qui contrahit scienter in aliquo gradu affinitatis usque ad quartum gradum est excommunicatus: extra de consanguinitate et affinitate. eos in clementi. de hoc habebis supra in titulo de excommunicata. Hoc etiam quod est Petrus de pal. qui cognovit consanguineas uxoris sue ad hunc sponsum soluta sunt sponsalia: nec potest illam sponsam huiusmodi habere in uxorem obstante sibi affinitate contractam: nec illam quam fornicarie cognovit obstante sibi publice honestatis iusticia: et hoc nisi papa dispensante. Qui autem cognovit consanguineam uxoris cum qua contraxit per verba de presenti: sed nondum consummavit matrimonium: cum non possit debitum negare: nisi intrando religioem: videtur quod teneatur ad hoc ne incestus committat cognoscendo affinem. Et cum hoc valeat facere: quia nondum consummavit. Quod si vult remanere in seculo necessaria erit sibi dispensatio: etiam ad redditum debitum si hoc vult sine peccato facere: et potest episcopus dispensare. Qui autem cognovit consanguineas

vxoris et confidemus matrimonium
 tenetur quidem debitum reddere sed
 exigere non potest absq; dispensatio
 ne: ut dictum est: potest per episcopū
 hoc dispensari: Petri² de pal. in quar
 to di. 41. q.i. dicit q; affinitas dicitur:
 q; accedit ad fines id est ad tūmos: v'l
 contractam: et ponit eandem dissimilit
 onem dicens. **A**ffinitas est attinentia
 vel propinquitas personarum ex ta
 li copula proueniens omni carens pa
 rentela. dico autem carnali copula li
 cita vel illicita: et omni dicitur carens
 parentela per se: licet per accidēs ali
 ter esse possit: quia per accidēs po
 test licite et illicite permisceri consan
 guinitas consanguinitati et affinitas
 affinitati et consanguinitatis affinitati.
 et pater de incestu. **L**oth cum filiab²
 Caroli magni cum sorore ex qua ge
 nuit Rolandum filium et nepotem:
 ipse pater auunculus: quia frater ma
 tris ut dicitur de incestu Iude et Itha
 mar. Exemplum etiam in patre et fi
 lio: quia duxerunt matrem et filiam
 in uxores: cum mater esset consanguini
 nea in tertio gradu patri cum dispen
 satione ex qua genuit filium et filiam
 ubi licite permixta est affinitas affini
 tati consanguinitas consanguinitati
 et consanguinitas affinitati. **T**Item
 notandum est de ratione affinitatis.
 Ratio huiusmodi propriitatis hic
 sumitur: quia super communicatio
 ne naturali fundatur amicitia natu
 ralis. Communicatio autem natura
 lis est duob² modis sc̄bz philosophi
 octano ethico. **U**no modo secundus
 carnis propagationem fm quē mo
 dum: unus est ab alio: ut filius a p̄s

vel ambo a tertio: ut duo fratres.
Allio modo per coniunctionem ordi
 natam a carnis propagatōne: que cō
 iunctio est per carnis copulam: vel q;
 matrimonium in quo est mutua ob
 ligatio coniugum ad carnalem copu
 lam: propter quod ibidem philoso
 phus dicit q; amicitia viri et uxoris ē
 naturalis. **E**t iō sicut per propagati
 onem carnis causatur attinentia natu
 ralis amicitie: que est consanguinitas
 ita per carnalem copulam vel coniū
 ctionem ad hoc ordinatam ut est ma
 trimonium: causatur vinculum natu
 ralis amicitie: quod vocatur affinitas
 dum homo equaliter se habet ad cō
 sanguineos uxoris sue sicut ad suos
 eo q; uxor est aliquo modo vnu cor
 pus cum viro. **S**ed quia non est sim
 pliciter vnum cuius eo sed quasi ab ex
 trinseco adiuncta: ideo quicunq; at
 tinet viro: attinet uxori in eodem gra
 du. **S**ed quia ab extrinseco adiuncta
 ideo attinet ei alio genere attinentie
 quia consanguinei viri sunt affines
 uxoris: non autem consanguineorū
 ipsius uxoris. **E**t econuerlo consan
 guinei uxoris sunt affines ipsius viri
 non autem consanguineorum viri.
 Et hinc est q; pater et filius licite con
 trahunt cum matre et filia: et duo fra
 tres cum duabus sororibus.

In quo gradu potest dispensari.
 Lapi.iz.

Ultimo notandum est de dis
 pensatione pape prohibita
 circa hoc. Circa quod dicit

Petrus d^r pal. si primo gradu af-
finitatis a^ccedentium et descendientium
sicut et consanguinitatis pap. dispensen-
sare non potest: quia est contra ius
divinum et naturale: quia uxoribus
parentum exhibemus reuerentia sic
et parentibus nostris. Item in linea
transuersali in primo gradu phibet
matrimoniu^m consanguinitatis et affini-
tatis iure diuino. Cinde nec papa dis-
pensare potest: q^z et quodammodo est co-
era nam: vt s. quis contrahat euz ger-
mana sua: vel uxore germani sui eo
mortuo. Cinde etiaz ante legem Mo-
saycam multiplicato humano gene-
re ante diluviu^m vel post creduntur
abstинuisse a sororibus vt ab uxori^b
frim: nisi ad suscitandu^m semen fratris
m^ortui: sicut et tpe legis: sicut p^r in
Thamar et filiis Iude. Non obstat
uxoribus Habrae et Ilaac quas vo-
cauerunt sorores: q^z fuerunt consan-
guine vel consobrine: sicut et Loth q^z
fuit filius fratris Habrae: dictus est
frater ipsius. Nec etiam papa posset
dispensare in uxore fratri mortui si
ne liberis: quia licet olim liceret tamē
dispensatio licebat: que dispensatio
liebat iure diuino non ab homine.
Nam iure diuino communiter absti-
nebatur ab uxore fratris sicut et a so-
rore sed in aliquo casu permittebat.
Unde sicut papa non posset modo
dispensare in pluralitate uxorum: q^z
vis olim eff^r licita: quia licita erat ex
dei dispensatione: prohibita videtur
iure communi: sic nec in proposito.
Item nec in secundo gradu trasuer-
salis superioris: vt cum amita et ma-
teria quia lege diuina prohibitus: hec
Petrus. Ex his aduerte diligenter

q^z cum affinitas contrahatur ita per
fornicationem sicut per actum con-
tingalem: ille qui cognouit aliquā mu-
lierem fornicarie non potest contra-
bere matrimonium cum filia eius:
vel germana eius: sicut nec posset co-
trahere matrimoniu^m cum filia uxo-
ris sue ex alio viro: nec euz sorore ei^m
ea mortua. Et secundum Petrum d^r
pal. papa in hoc dispensare non po-
test: qui calis sepe tamē venit ad au-
dientiam confessorum. Reperitur ta-
men papam Martinum quintum di-
spensasse cum quodam qui contraxe-
rat et consummaverat matrimoniu^m
eum quadam: cuius germanam co-
gnouerat fornicarie cum magna ta-
men difficultate: et quia res erat oc-
ulta: nec ille erat aptus ad reli-
gionem vel ad remota eundum: vi-
de et scandalum ex diuortio si factū
fuisset erat secuturum. Prīus tamen
ordinauit plures doctores theologos
et canonistas super hac re habere col-
lationem utrum ipse posset in hoc di-
spensare: nec conuenerunt in conclu-
sionem: sed aliqui dixerūt q^z poterat
alij contrarium affirmauerunt: et q^z
tenēdū est certum et dimittendum in
certum fm Ang. de peni. d^r. si quis
et ad instar saerilegij est disputare de
potestate principis precipue pape. 17.
q. 4. h. cōmittit. et c. se. vbi dicit Ilico
laus papa: H̄emini est de se. apo. in
dicio indicare: aut illius suam retrā-
ctare permis^ru^m. vnde propter roma-
ne ecclesie primatum Christi munē
beato Petro collatū ē: vbi dicit glo.
H̄emini. s. q^z sit iſerior papa. nā ipem
papa vel ei^m successor pot suam sua^m
vel alterius pape predecessoris retrā-

etare sententiam: xl. 35. q. 9. sententiā.
Exemplū p̄z q̄ p̄ius determina-
tum fuerat per ecclesiā consanguini-
tatem et affi. durare usq; ad septimum
gradum: vt nō. Isid. Bre. et Alexā.
35. q. 5. ad sedem. Greg. ix^r retractauit
et determinauit nō durare nisi usq; ad
quartū gradū: ex de cōsan. et affi. non
dī: et sic hodie seruat q̄tū ad ḥēdū
m̄rimoniū: iō nulli consulendum est: s̄z
oīo phibendū peccare disp̄sationē
ēt a papa strabēdī cū tali cur' cognoscere
uit matrē vel consanguineā carnalit̄.
Sed si post contractū et multo magis
consumatum tale matrimoniu obtinuit
disp̄sationē remanēdī cū illa di-
mittendū est negociū iudicio dei: nec
condēnandus.

De impotentiā coeundi.

Lapi. 13.

Quodcumq; ip̄dimētū ē ip̄-
tetia coeundi: et ē fīm Rai. vi
cū aie vel corporis vel viri
q; quo q̄s ip̄dit alteri carnaliter cō-
mulceri. Ubi nō q; tres sūt impotētie
spes. s. nālis accidētalis maleficialis.
Et q; ista mā est turpis: et nō ita sepe
contingunt casus eius: ideo trācabo
et ipsa plenus pōi videri in summis.
Prima q; impotentiā. s. nālis que ē
in viro est frigiditas seminis vel fri-
ditas complexionis vel indispositiō
mēbū. In muliere artatio: si ppetua
est talis impotentiā impedit ḥēnduz
et dirimit tractum. 27. q. i. c. nuptiarum.
et extra. e. laudabilem. Illa tñ q;
est in sene non ip̄dit, nā et senes si a
nāli calore destituunt ope tñ medico
rū poterit eis aliquālit subueniri. Et
dicit Pe. de pal. q; noīe frigiditatis i-
telligit caliditas: et qdcunq; aliō ip̄-

diens actuz matrūmonij ppetuo: non
aut si effectum ḡnatiōis impedit tñ
et non actum: vnde et steriles scient
possunt contrahere. Preterea idem
Pe. de pal. dicit q; ille qui scit in se v̄l
in alio impotentiā cocundi non po-
test inuito alio discedere propter tale
impedimentū: et imputatur sibi quā
talem elegit: alias autem posset puta
si incontinenter viueret: aut alias ibo
neste vel vir eam male tractaret: vel
alias ei venenum preparasset: non ta-
men separantur quo ad vinculū qđ
vere fuit: ex quo vterq; simpliciter cō-
fensit sed q; ad cohabitationem: ali-
as non possent separari ex quo fuit ve-
matrimonium: nisi ob fornicationē
v̄l timorem mortis vel religionem si
matrimonium fuit consumatum. **S**i
autem ignorabat impotentiā etiam s;
scipso: vt si vir credebat non se ec̄ im-
potentem: vel mulier non se artā q̄n
ppenderunt possunt allegare prop̄p;
impotentiā: ex de frigi. et male. c. i.
et c. consultationi. Item nō fīm eūdē
Pet. de pal. q; q̄i fuit separatio propter
frigiditatem viri mulieri datur licentia
contrahendi cum alio: viro autē si
impotens est simpliciter. i. non valēs
seminare: vel valens hoc sed non i lo-
co debito: si hoc eu quo ad omnem
seminaz interdicitur sibi simpliciter
m̄rimoniū contrahere. **S**i autē ec̄
impotens respectu illius tantū: puta
quia est virgo. Sed si esset corrupta
posset eā cognoscē lūiānd? ē tūc cum
corrupta: nec simpli tal' phibēd' est
q; nō debet effectus extendi ultra su-
am cām. Dicit tñ Tho. in 4: q; sigs
non posset copulari cū virgine s̄z cūz
corrupta: posset medici nālī cū aliq;

instrumento clavistrum pudoris rese
rari nec hoc esset contra naturam; quod non
fuerit ad delectationem sed ad medicinam
Si mulieri arte absque piculo potest
subueniri beneficio medicie vel per su-
peratum viri proportionati non ipe-
dit. Sed in matrimonio est de fratre male.
Si vero non potest sine graui piculo
subueniri certe separabitur et poterit se al-
teri copulare cui forsitan apta foret;
vel cuius respectu subueniri posset quod si
per virum scoti facta sit idonea primo redi-
ctio primo; et si ipse primus iam exiit eis
alia quam in hoc casu dimittere debet et ad
primum redire. **S**i autem non facta sit idonea,
id est cognoscibilis primo; vel si non
potest sine graui piculo mulieris a primo
cognosciri; quod potest in tempore disponi-
tione membra et remanebit cum scoto
Sed pater de patre dicit quod opio exira que
melior videt est; si potest subueniri ei in
piculo per incisione sine velut sine non
est impedimentum tempore nec dirimit;
quod si hodie non vult cras potest velle. non
voluntas que non est perpetua non fac-
petuum impedimentum. **S**icut si per
virum illius hominis de quo queritur potest
fieri cognoscibilis per virum alterius tempore
est nec dirimit. **S**i vero nec per incisionem
nec per virum eius potest fieri cognoscibilis ab
isto; quod si possit fieri cognoscibilis per
virum alterius non est separanda ab illo sed
si cum ea exire nec reddenda primo; etiam
si per alium fuerit aptata; quod quodcumque est
iuncta non potest alter ea vivere sic illud
remedium est impossibile de iure di-
uino et positivo; quod esset fornicatio et
adulterium; et si mulier est ita arta per
a nullo ordinarie sit cognoscibilis de
remanere sine spe coniugij et viro da-
tur huius cum alia prohibendi. **S**i autem est

ita arta quo ad aliquem putata feneretur co-
gnoscibilis aut per alium; puta iuuenem
licentuanda est ad illum. **S**ed quod se patet
ab uno quod non poterat cognosciri; et com-
mixta alteri similis editionis; puta si
mulier etatis et complexionis; quod ecclesia
tunc fuit decepta; vestimile est quod per
longum virum fuissest sibi aptata; tunc
reddenda est primo; quod impedimentum
fuit tempore. Secus quod alius fuit diuer-
se editionis; hec pater. **I**tem si mulier
dicatur viri potenter; propter defecum
membrorum vestrum. et inspiciens per
viro honestos; sicut dicit de arta per
aspicienda est per matronas honestas.
Si autem allegat excessum membrorum et exsule-
das papae; nec sic dicitur mulier me-
pta esse ad matrimonium; propter frigiditatem
sicut per artationem; quod mulier in cocubi-
tu est patiens. **U**nus ad reddendos de-
bitum viro sufficit quod patiat actionem
vira in nali membris; hoc autem eius frigi-
ditas non impedit. **S**ed a importun-
tia; accidentalis sine maleficio est per
castrationem superuenientem; propter quod iste
tales oīo sunt inepiti ad reddendum
debitum exere non possunt; et si contraxe-
rint dividendi sunt; quod nullum est ma-
trimonium; et ceterum ad fedem. **S**ed si ca-
stratio contingat post matrimonium
contrarium per verba de patre; non potest
dirimi; et durat in matrimonio; et intelli-
gitur ista castratio secundum Ricardum in 4. tra-
ctatio membrorum genitalium comprehendendo
testiculos et virginem; et de hoc est opinio
duplex. **Q**uidam enim dicunt quod ista
si superuenient in matrimonio contractio
per verba de patre; sed non consumato
quod hanc dirimere sicut et ingressus re-
ligionis. **A**lii dicunt et communis quod non
dirimus contractum istud superuenientes.

sed solum q̄n erat hoc impedimentū
anteq̄ contraheretur p̄ verba d̄ p̄nti
Quidā ēt tūcū q̄ si remaneat virga
q̄ erigat: z si abscessis testiculis q̄ tē
tale m̄rimoniū nondū p̄sumatū non
soluit: sicut dicit gl̄ de spadone. ¶ nā
talis fatuscīt mulieri sicut mulier sa-
tissimū viro: sive resoluat sp̄ma: sive
non: nec regrit in m̄rimoniō q̄ sp̄ sit
sp̄ filioꝝ h̄z lusit̄ q̄ seminēt. In isto
q̄ caute incendū ē: z cū maturo z si
lio: z q̄ tales possent induci vt se bē-
rent vi frat̄ z soror caste viuentes in
ta via eēt. De castrato spadone dicit
Pe. q̄ si non ipediret ab actu ḡnati-
onis h̄z ab effectu: q̄. s. in eis v̄ga erigi-
tur z semē emittit: h̄z inuicidū ad ge-
neradū h̄bē p̄nt. S si non emittit se
men h̄bere non p̄it fm̄ quosdaz: nec
h̄bis p̄ hos affinitas. Hic qui non p̄t
seminate in loco debito non p̄t con-
trabere: q̄z reliqua z deflorare
possit: q̄ ipotentia coeundi ē absolu-
te: q̄n quis non p̄t carnalē copulam
exercere. Non at reputat in iure car-
nalis copula subsecutā: nisi sit p̄sumata
p̄ seminationē ordinariā: eēt d̄ sp̄o.
c. xlvi. Tertia impotentia est p̄ ma-
leficium circa qd̄ fm̄ Tho. in 4. et
Hosti. sic tenendū ē: q̄ si maleficium
supueniat matrimonio ante carnalē
copula: tunc si maleficū est p̄petuū
impedit et dirimit m̄rimoniū h̄ctum
ita q̄ celebrato diuortio vir poterit
aliam ducere: z sil' de muliere d̄. 33. q̄
i. si p̄ fortiorias. in quo. c. d̄r expresse
q̄ deo p̄mittente z diabolo opante i-
pediri p̄t homo ne cognoscat muli-
erē: z vt dicit Pe. de pal. in 4. sit hoc
multipliciter. habet. n. ex hoc q̄ e sp̄s
p̄tatem sup̄ creaturā tpalez ad motū

localē phibendū vel faciendū. vii p̄t
corpora impedire ne sibi mutuo ap-
propinquent vel directe vel indirecte
interponendo se uer eos corpore as-
sūpto. Sicut accidit ipenso q̄ despō-
sauerat idolū: z nibilominus h̄xerat
cū quadā virgine nec poterat eaꝝ co-
gnoscere ppter hoc. 1. modo p̄t i
flāmare ad actum illū: vel refrigerā-
re ab actu illo: adhibendo occulte v-
tutes quas optime nouit ad hoc vali-
das. 2. modo turbando imaginati-
onē z fantasiā z estimatiuā qua red-
dit mulierem exosam: q̄ potest i ima-
gine imprimere. 3. modo phiben-
do directe rigore m̄ebri sicut z motū
localē cuiuscunq̄ organi. 4. p̄bē-
do missionē spūm ad m̄ebra in qui-
bus est virtus motiuā: quasi interclu-
dendo vias seminis: ne ad vasa ḡnati-
onis descendat: vel ne ab eis recedat:
vel ne excidatur: vel ne emittat z mul-
tis alijs modis. Plus aut̄ p̄mittit de
sup̄ h̄tū actum p̄ quē peccatū p̄mūz
trāfūdū q̄ sup̄ alios humanos aci
z sepius maleficiat vir q̄ mulier: et
magis p̄mittit de in peccatores q̄ i
iustos demones senire: vt patet q̄ ma-
ritūs. z. sarai uxoris Thobie: tamē eii
am aliquā in iustos. Exemplū de Job
z p̄ hoc maleficiati monēt facere cō-
fessionem in dicto. c. si per fortiorias.
bec Pe. Ricar. in 4. dicit q̄ cōf op̄i-
nio tenz: q̄ si certum eēt q̄ effet ma-
leficium secutum matrimonij ratuz
non tñ confūmatū: non tamen p̄ hoc
dirimeretur vinculum matrimonij
In sepando aut̄ maleficiatos simi-
liter p̄cedendū est sicut in sepando i-
epatos ppter frigiditatem: excepto q̄
frigido non dat h̄nia. h̄bendi cū alta:

